Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

dici possunt. & maiores praeuenit ut habere aliqua merita possit.
Quaecumque si ut. sias sed tua nec o tendit ut noua sanimas dicas.
Propter innocentiam nouitatis suae antequam ad peccandum libero
utatur arbitrio damnationi originali obnoxias esse. non posse.
sed ea fide catholica confiteri & iam similia tenera aetate de corpore
exierint in damnationem perditionis ruituras. Nisi sacramento medi
atoris quiuerint quaerere & saluum facere quod perierat liberentur.
quaere ubi uel unde. uel quando coeperint damnationis meritum
habere si nouae sunt. Ita sane. ut dm non facias. Nec aliquam naturam
quam non condidit ds. uel peccata earum uel innocentium damna
tionis auctorem. Et si inueneris quod te quaerere ammonui.
qd ipse adhuc fateor non inueni. defende quantum potes.
Atq: asserere animarum infantium eiusmodi esse nouitatem. ut nulla
propagatione ducantur. & nobiscum quod inueneris fraterna
dilectione communica. Si autem non inueneris quare uel quo
modo fiant animae infantium peccatrices. & nihil in seipsis habentes
malitiae eaquo cogantur ex adam trahere unde damnentur.
cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas. sed noua
atq: insontes includi carne peccati. nec sic iam temere in alia senten
tiam tua defertur assensio. ut eas ex illa una credas propagando
traduci. Nec forte alius inuenire possit quod ipse non possis.
aut aliquando inuenias quod nunc poteris. Nam & illi qui animas
ex una propagari asserunt quam ds homini primo dedit. atque ita
eas ex parentibus trahi dicunt. sicut tertulliani opinionem sequuntur. pro
fecto eas non spr. sed corpora ee. contendunt. & corpulentas seminibus
exoriri., quod peruersius quid dici potest. Neq: hoc tertulliani
somnia semirandum e. quia iam ipsum creatorem dm non ee. Nisi
corpus opinatur., quae dementia repulsa a cordeatq: ore christiano.
Quisquis anima sicut est non ee. corpus sed spm constituit. & tamen
in filios ex parentibus duci. Ineo quidem nullis coartatur angustiis.